



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectae

**Sandini, Antonio**

**Bambergae, 1753**

CLXXXIII. Urbanus IV. Anno Christi 1261. Imp. Occid. Vacant. Michaelis  
Palæologi 1.

---

<urn:nbn:de:hbz:466:1-65477>

CLXXXIII.

## URBANUS IV.

ANNO CHRISTI 1261.

IMP. OCCID. VACANT. MICHA.  
ELIS PALÆOLOGI I.

IN Alexandri IV. interregno comitia habita Viterbii magno Cardinalium certamine, Pontificatum pertinaciter affectantibus singulis, qui supererant octoni numero. (1) Tandem IV. Kal. Septembr. anno 1261. Pontifex extra sacram Cardinalium ordinem electus Jacobus Pantaleon, Gallus, in Tricassibus ortus loco tenui, Patriarcha Hierosolymitanus, qui venerat acturus de rebus Palæstinæ. Pridie nonas Septembr. coronatus appellari voluit nomine *Urbani IV.* quod decessor ejus obiisset die S. Urbano Papæ & Martyri sacrâ. Hujus Pontificatus initium finis fuit Imperii Latinorum in Oriente, captâ à Michaeli Palæologo Constantinopoli, exactoque Balduino II. cum à Balduino I. cœptum stetisset annos circiter sexaginta. Contra Palæologum Urbanus indixit bellum sacrum. Ille ut § 6. § 8. 61.

Rayn. an.  
1261.

§. 8.

9. 26.

Spond.

§. 23. 8.

Rayn. an.  
1264.

§. 26. 27.

Aaa3

Pon-

70.

Spond  
§. I. 9.

Pontificem revocaret ab incepto, significavit se peroptare conjunctio-  
nem, pacemque Græcæ Ecclesiæ cum  
Latina: quæ tamen haud facta est ante  
Gregorium X. licet etiam sub Cle-  
mente IV. actum sit de ea. Idem in-  
stituit Festum Corporis Christi quo-  
annis celebrandum Feriâ quintâ post  
diem octavam Pentecostes (2) Ob-  
iit Perusia anno 1264. VI. Nonas  
Octobr. cum Pontifex fuisset annos  
tres, mensem unum, & dies quatuor.

#### ANNOTATIONES,

(1) Erant Cardinales ob eam causam tam  
pauci, quod creaverat neminem Alexander  
IV.

(2) Constitutione 1. quam confirmarat  
Clemens V. in Concilio Viennensi Oecum.  
XV. ut est in Clementina *Si Dominum de  
Reliquiis & Venerat. Sanctor. Martinus V.  
Constitut.* 12 Eugenius IV. Constitutione 6.

Cardinalis Lambertinus de Serv. Dei Bea-  
tif. & Beat Canoniz lib. 4 part. 2. cap. 10.  
num. 21 scribit, institutionem Festi in ho-  
norem Sanctissimi Corporis Christi causam  
suam desumpsisse à Revelatione facta Bea-  
tæ Julianæ de Monte Cornelione; sed re-  
velationem ipsam examinatam fuisse à Ro-  
berto Episcopo Leodiensi, & aliis Episco-

pis  
U  
en  
tifi  
sion  
po  
D  
de  
be  
gen  
Sa  
Sa  
tu  
M  
be  
bi  
ed  
do  
do  
ex  
ut  
de  
si  
te  
gu  
pr  
de  
da  
a

pis atque Ecclesiasticis Doctoribus: rursus  
Urbanum IV. tunc Archidiaconum Leodi-  
ensem, deinde electum ad summum Pon-  
tificatum noluisse assensum præbere exten-  
sioni Festi ad universam Ecclesiam, nisi  
postquam novo miraculo edocitus cognovit,  
Divinæ voluntatis esse, ut ejusdem qui-  
dem Festi extensio fieret ad universum or-  
bem terrarum. Cum etenim Urbanus de-  
geret in Civitate Urbevetana, ut impetum  
Saracenorum evaderet, quos Manfredus  
Siciliæ Tyrannus in Italiam evocaverat,  
tunc contigit, quod incredulo Sacerdote  
Missam celebrante in Ecclesia Vulsinii Ur-  
bevetanae Diœcesis, Hostia apparuit visi-  
biliter vera Caro & roseo cruento respersa,  
et tantum excepta particula, quæ Sacer-  
dotis digitis tangebatur, & Benda de Sin-  
done, quæ ad obsequium Calicis tenebatur,  
ex sanguinis effusione madefacta est; ita  
ut, Sacerdote studente cooperire Corporale,  
dexterâ autem Domini faciente virtutem,  
singulæ guttae Sanguinis ex Benda manan-  
tes, & in Corporale fluentes singulas Fi-  
guras in similitudinem Hominis in eo im-  
presserint. Itaque re ad Urbanum IV.  
delata ab ipso Sacerdote, qui pœnitentiâ  
ductus suam antecedentem incredulitatem  
amarè deslebat, non modò decretum est, ut

Aaa 4

Mi-

Miraculorum Corporale ad Ecclesiam Urbevetanam solemniter transportaretur, prout sanè solemniter delatum est, ipso Pontifice cum universo Clero & populo il- lud excipiente, & in Templo majori Ur- bevetano collocante, in quo etiamnum as- servatur, & statis diebus publicè ostendi- tur, quemadmodum habent ea, quæ exar- cantur ab Omphorio Panvinio, à Joanne Trithemio, à Sancto Antonino, & Guli- elmo Lindano, quorum verba prostant in Dissertatione de sacris Processionibus, P. Christiani Lupi tom. . nova editio- nis pag. 340. & quibus addi possunt Dorn- zellinus in Historia de Solemnitate, & Fe- stivitate Corporis Christi, Capitavil torn. 2. Historiarum Leodiensium pag. 642. Con- tinuatores Bollandiani tom. 4 Aprilis pag. 437. Bartholomaeus Fisen in suo Oper de origine Festivitatis Corporis Christi, Mar- tene de antiqua Ecclesiæ disciplina in Di- vin. celebr. Offic. cap. 29 num. 1. & duo- bus sequentibus. & Theophilus Raynaudus Operum tom. 11. pag. 347. verum etiam, eodem Urbano IV. præcipiente, compositum fuit à S. Thoma de Aquino Officium Sanctissimi Sacramenti, &c.

De supplicatione, in qua eodem se- die Corpus Christi defertur, nulla mentio est in constitutione Urbani IV. nulla in ejus epistola

epistola ad Evam Reclusam S. Martini Leodiensis, quæ est apud Labbeum tom. 17. Conc. pag. 817. nulla apud D. Thomam, qui jussu Urbani *Officium SS. Sacramenti* composuit, nulla apud auctores, qui sub idem tempus scripsere de Feste hoc per eundem Urbanum instituto. De ea tanquam *divina inspiratione introducta* memoratur in Concilio Senonensi, quod anno 1310. celebratum est. *Verisimile est*, ait Van Espen part. 2. Juris Ecclesiastici Universitatis 4. cap. 5. §. 5. eam Sæculo XIV. paulatim invaluisse: atque non simul in omnibus Ecclesiis sed in aliquibus citius, in aliis serius fuisse institutam ad solemnitatem institutæ festivitatis augendam. Constat in eunte Sæculo XV. fuisse in more positam. Etenim Martinus V. constitut. citata illis, qui *processiones*, in quibus ipsum sacrificium Sacramentum dicto festo juxta ritus Ecclesiarum desertur, continuò seculi fuerint, centum dies singulis annis de injunctis eis pœnitentiis misericorditer relaxat. Christianus Lupus dissert. de sacris processionibus, in quibus circumfertur sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum, cap. 2. & 9. scribit, *publicas cum Eucharistiæ Processiones, ejusdemque expositionem non cohæsse cum disciplina antiquæ Ecclesiæ*, quam Schelastratus vocat disciplinam arcani, in dissertat. de eadem disciplina cap. 7. art. 8. Eam ob rem Sacrosanctum Eucharistiæ

Aaa 5

ristiæ Sacramentum occulta tum non Ethnici solùn, ac Judæis, sed etiam Catechumenis ac Pœnitentibus, illis tanquam profanis, ne irridèrent, istis, utpote nondum dignis, qui scirent & admitterentur ad mysteriorum communionem. Vide Joann Grancolas Commentarium Historicum in Breviarium Romanum cap. 81. & Gardinalem Petram in Comment. ad Constitut. A. apostol. tom. 3. pag. 170. & 171.

CLXXXIII.  
**CLEMENS IV.**

ANNO CHRISTI 1265.  
IMP. OCCID. VACANTE MICH.  
PALÆOL. 5.

**M**Enibus ferè quinque post mortem Urbani IV. anno 1265. Guis. do Grossus Fulcodii Filius, Cardinalis, & Episcopus Narbonensis, juris valde peritus, concordi suffragatione absens subrogatur. (1) Nec diem, nec mensem electionis ejus apud vestigia Scriptores invenio. Octavo Kal. Martias anno, quem modò nominavi, Pontificem jam fuisse, certum affirmo ex litteris, quas de suscepto onere tanto scripsit die eodem. *Hunc communiter Historia sic de*

Rayn. an.  
1265.  
§. 1.  
§. 10. 13.  
18. 20.  
Spond.  
§. 1. 2. 5.